

fastidium abigit^a —, huius^b libri sermonibus aures accommoda. Nam utile miscet dulci¹. Multis enim exemplis utilibus instruit, que fugias et que facta sequaris^{c. 2}, et tedium tollit animum iocundando.

Schluss teil des Liber de historia Romana.

Ipso^d anno Franciscus de Adesto marchio, postquam obtinere non potuit a papa, ut ab eo constitueretur vicarius in Feraria, molitus est per vim et fraudem illius urbis obtinere principatum. Annuebant molitionibus eius Guelfi de Romandiola et Bononienses factionis illius; presensit hec^e Dalmasius vir Catelanus, qui prefectus erat Ferarie per summum pontificem. Cum instaret tempus perficiendi negotium, ipse Franciscus hora meridiana exivit civitatem Ferarie cum paucis inermibus aucupii^f causa. Dalmasius portas eius urbis claudi fecit preter unam, qua rediturus erat Franciscus. Illuc armatos missit^g, qui Franciscum ad eum ducerent; si reniteretur^h, eum perimerent; et ingredienti Francisco portam dictum est ab eis, quibus [datumⁱ] erat negotium eius rei, ut compareret coram Dalmasio eius urbis prefecto. Abnuat Franciscus ac gladium exemit dicens: 'Quis michi vim inferet^k?' tunc tello^g transfossus est, deinde a pluribus tellis^g impetitur, occiditur, expoliatur nudus, confoditur tragulis Catelanorum vulneribus circiter L; corpus nudum ibi linquitur^l in via iuxta portam Leonis. Ibi mansit^m fere horis duabus, mox a fratribus Predicatoribus habita licentia inde asportatur ac sepelitur. Complices eius diffugiunt, aliqui capti sunt et suppositi suppliciis confessi sunt Francisci consilia, que

a) 'habigit' Hs. b) 'Huius' Hs. c) 'sequãris (sequarris)' Hs.

d) Dies steht noch in der sog. *Compilatio chronologica*, welche ich unten mit 'Comp.' bezeichne, Eccard col. 1296, Muratori col. 259. Es bildet in der *Hist. Romana* den Schluss des Kapitels, das überschrieben ist: 'De rebus Henrici imperatoris et de eius adventu in Ytaliã'. Manche Wendungen sind hier gegenüber der *Comp.* verändert, einiges ist weggelassen, wenig hinzugesetzt. e) 'h' Hs.; 'hoc' *Comp.* f) 'aucipii' Hs. g) So Hs. h) 'ni' korrigiert aus 'tri' (?) Hs. i) So *Comp.*; fehlt Hs. k) So *Comp.*; 'inferret', 'in' korrigiert aus 'fu' (?) Hs. l) 'ibi' folgt noch einmal in der Hs. m) 'manxit' Hs.

1) Horaz, *Epist.* II, 3, 343: 'qui miscuit utile dulci'. Dieselben Worte sind auch in der Vorrede zum *Pomerium* zitiert. 2) Diese Worte aus den *Distichen* des *Pseudo-Cato* III, 12 f., die ebenfalls in der *Pomerium-Vorrede* zitiert sind.